perturbata enim mente latius se ac longius fundit
appetitus. et tanq̄ efferato impetu frenos ratio
nis non suscipit. nec vlla sentit aurige modera
mina quibus possit reflecti. Vnde plerūq; non
solum animus exagitatur. amittitur racō. ſ3 eti
am inflāmatur vultus vel iracundia vel libidi
ne. pallescit timore. voluptate se non capit. et ni
mia gestit leticia. Hec cum fiūt abicitur illa na
turalis quedam censura. grauitasq; morū. nec
teneri potest illa que in rebus gerendis atq; cō
silijs sola potest auctoritatem suam. et ad illud
quod deceat tenere constantiam. De ap
petitu iracundie ꝓpter iniuriā facto. Capi. xx.

Grauior autem appetitus ex indignacōe
iniuria nascitur quā accepte plerūq; ac
cedit iniurie dolor. De q̄ satis nos psal
mi quem in prefacōne posuim⁹ precepta instru
unt. Pulchre aūt et hoc accidit vt scripturi de
officijs ea prefacōnis nr̄e assercōe vteremur.
que et ipsa ad officij magisterium pertineret.
Sed quia supra vt oportebat perstrinxim⁹ quē
admodū vnusquisq; cauere possit ne exardeat
accepta iniuria. verentes ne prefacio prolixior
fieret nunc de eo vberius disputandum arbi
tror. locus enim oportunus est vt in partibus
temperantie dicamus quemadmodum repri
matur iracūdia.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-465/0100
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG